



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Immagine Del B. Niccolo Mariscotti Detto Il Profeta Di  
Siena Dell'Ord. Eremit. del P. S. Agostino della Congreg.  
di Lecceto in Toscana.**

**Landucci, Ambrogio**

**Roma, 1656**

Lector.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9888**

# LECTOR.

**A**duerte in Elogijs Virorum Illustrium, quos hoc libro complexus sum nonnulla me obiter attingere, quae sanctitatem ipsis videantur adscribere; perstringo nonnunquam aliqua ab ijs gesta, quae cum vires humanas superent, miracula videri possunt; praesagia futurorum, arcanorum manifestationes, reuelationes, illustrationes, & quae sunt alia huiusmodi; beneficia item in miseros mortales eorum intercessione diuinitus; demum nonnullis sanctimonie, vel martyrij videlicet appellatione tribuere. Verum hac omnia ita meis Lectoribus propono, ut nolim ab illis accipi tanquam ab Apostolica Sede examinata, atque approbata, sed tanquam, quae à sola suorum Auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter, quam humanam historiam. Proinde Apostolicum S. Congregationis S. R. & vniuersalis Inquisitionis Decretum anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inuiolatè iuxta declarationem eiusdem Decreti à Sanctiss. D. N. D. Urbano VIII. anno 1631. factum seruari à me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas enarrationes ulli arrogare, vel famam, & opinionem sanctitatis, aut martyrij inducere, seu augere, nec quicquam eius existimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando vilius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem, sed omnia in eo statu à me relinqui, quam seclusa hac mea lucubratione obtinerent, non obstante quocumque longissimi temporis cursu. Hoc tam sanctè profiteor, quam decet eum, qui Sanctae Sedis Apostolicae obedientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua inscriptione, & actione dirigi, &c.

Ego Magister Fr. Ambrosius Landuccius Senensis Ilicitanus Ord. Erem. P. S. Augustini, Dei, & Apostolicae Sedis gratia Episcopus Porphyriensis, Sacrarum Pontificiarum Praefectus, ac Sanctissimi Domini Nostri Papae Alexandri VII. Assistent, manu propria affirmo.